Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



cognomento Chuertzmann. finitusque est in die Sancte Scolastice virginis. sub regimine venerabilis in Xto patris et domini domini Jacobi Abbatis quarti ejusdem monasterii dominio digni. Continentur autem hec in hoc opusculo videlicet. quatuor ewangelia. actus apostolorum Epistole canonice septem. Epistole pauli XIIII. et liber apokalipsis et sic habes novum testamentum in uno volumine comprehensum. Explicit Suma Novi Testamenti. Cæterum codex est eleganter Scriptus.

2

Comentarius in orat: dominicam.

137a – 138a

Commentarius in orationem dominicam. Incipit: "Sanctus Thomas de Aquino Pater non dominus amari appetit non timeri." Est potius catena P.P. in orationem dominicam, et similis eidem, de qua diximus in Cod: CXLII n. 4. Calci additum est: "Et sic finis comenti super pater noster Prage data 2ę."

3

F. Aldobrandini Scala fidei.

138b – 157b

Fr: Aldobrandini Lombardi, Ord: Prædic: qui vixit Sæculo XIV. Scala fidei, seu tractatus de articulis fidei. Incipit: "Funiculus triplex difficile rumpitur." In codice Cotoniensi tribuitur S. Bonaventuræ; perperam autem id fieri, et Aldobrandino esse restituendum evincit Bened: Cavalesius in Prodromo ad Opp: S. Bonavent: L. 8. part: 4. c. 3. col: 751. Vide etiam Quetif Script: Ord: Prædic: T. I. p. 681. Bern: Pez: in Thes: Anecd: T. I. in Dissert: ana: pag 77. hanc scalam adscribit Henrico de Hassia, sed eum a Codice Tirnsteinensi deceptum esse nullus dubito.